

## ALLELUIA CUM VERSU ANTE EVANGELIUM

**quæ adhiberi possunt loco textuum  
qui singulis Missis proponuntur**

### Dominicis et feriis per annum

1. 1 Sam 3, 9; Io 6, 69 b  
**R.** Allelúia. **V.** Lóquere, Dómine, quia audit servus tuus;  
verba vitæ ætérnæ habes. **R.** Allelúia.
2. Ps 18, 9  
**R.** Allelúia. **V.** Verba tua, Dómine, lætificántes corda,  
sermo tuus illúminans óculos. **R.** Allelúia.
3. Ps 24, 4 c. 5  
**R.** Allelúia. **V.** Sémitas tuas, Deus meus, édoce me,  
dírige me in veritáte tua. **R.** Allelúia.
4. Ps 26, 11  
**R.** Allelúia. **V.** Legem pone mihi, Dómine, in via tua,  
et dírige me in sémitam rectam. **R.** Allelúia.
5. Ps 94, 8 ab  
**R.** Allelúia. **V.** Hódie nolíte obduráre corda vestra,  
sed vocem Dómini audíte. **R.** Allelúia.
6. Ps 110, 8 ab  
**R.** Allelúia. **V.** Fidélia ómnia mandáta tua, Dómine,  
confirmáta in sǽculum sǽculi. **R.** Allelúia.
7. Ps 118, 18  
**R.** Allelúia. **V.** Revéla óculos meos, Dómine,  
et considerábo mirabília de lege tua.  
**R.** Allelúia.
8. Ps 118, 27  
**R.** Allelúia. **V.** Viam iustificatiónum tuárum ínstrue me,  
et exercébor in mirabilibus tuis.  
**R.** Allelúia.

9.

Ps 118, 34

R. Alleluia. V. Da mihi intelléctum et scrutábor legem tuam, Dómine, et custódiam illam in toto corde meo.  
R. Alleluia.

10.

Ps 118, 36 a. 29 b

R. Alleluia. V. Inclína cor meum, Deus, in testimónia tua; et legem tuam da mihi benígne. R. Alleluia.

11.

Ps 118, 88

R. Alleluia. V. Secúndum misericórdiam tuam vivífica me, et custódiam testimónia oris tui. R. Alleluia.

12.

Ps 118, 105

R. Alleluia. V. Lucérna pédibus meis verbum tuum, et lumen sémitis meis. R. Alleluia.

13.

Ps 118, 135

R. Alleluia. V. Fáciem tuam illúmina super servum tuum, et doce me iustificatiónes tuas. R. Alleluia.

14.

Ps 129, 5

R. Alleluia. V. Spero in Dóminum, spero in verbum eius. R. Alleluia.

15.

Ps 144, 13 cd

R. Alleluia. V. Fidélis Dóminus in verbis suis, et sanctus in ómnibus opéribus suis.  
R. Alleluia.

16.

Ps 147, 12 a. 15 a

R. Alleluia. V. Lauda, Ierúsalem, Dóminum, qui emíttit elóquium suum in terra.  
R. Alleluia.

17.

Mt 4, 4 b

R. Alleluia. V. Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procédit de ore Dei.  
R. Alleluia.

18. Cf. Mt 11, 25

R. Allelúia. *V.* Benedíctus es, Pater, Dómine cæli et terræ,  
quia mystéria Regni párvulis revelásti.  
R. Allelúia.

19. Cf. Lc 8, 15

R. Allelúia. *V.* Beáti qui i[n] corde bono et óptimo verbum Dei rétinent,  
et fructum áfferunt in patiéntia, R. Allelúia.

20. Io 6, 64 b. 69 b

R. Allelúia. *V.* Verba tua, Dómine, spíritus et vita;  
verba vitæ ætérnæ habes. R. Allelúia.

21. Io 8, 12

R. Allelúia. *V.* Ego sum lux mundi, dicit Dóminus;  
qui séquitur me habébit lumen vitæ.  
R. Allelúia.

22. Io 10, 27

R. Allelúia. *V.* Oves meæ vocem meam áudiunt, dicit Dóminus;  
et ego cognósco eas, et sequúntur me.  
R. Allelúia.

23. Io 14, 6

R. Allelúia. *V.* Ego sum via, véritas et vita, dicit Dóminus;  
nemo venit ad Patrem, nisi per me.  
R. Allelúia.

24. Io 14, 23

R. Allelúia. *V.* Si quis díligit me, sermónen[m] meum servábit, dicit Dóminus;  
et Pater meus díliget eum et ad eum ve-niémus. R. Allelúia.

698

## Alleluia cum versu ante Evangelium

25.

Io 15, 15 b

R. Alleluia. **V**. Vos dixi amícos, dicit Dóminus,  
quia ómnia quæcúmque audívi a Patre meo,  
nota feci vobis. R. Alleluia.

26.

Io 17, 17 b. a

R. Alleluia. **V**. Sermo tuus, Dómine, véritas est;  
sanctifica nos in veritáte. R. Alleluia.

27.

Cf. Act 16, 14 b

R. Alleluia. **V**. Aperi, Dómine, cor nostrum,  
ut intendámus verbis Fílii tui. R. Alleluia.

28.

2 Cor 5, 19

R. Alleluia. **V**. Deus erat in Christo mundum reconcílians  
sibi,  
et pósuit in nobis verbum reconciliatiónis.  
R. Alleluia.

29.

Cf. Eph 1, 17-18

R. Alleluia. **V**. Pater Dómini nostri Iesu Christi  
illúminet óculos cordis nostri,  
ut sciámus quæ sit spes vocatiónis nostræ.  
R. Alleluia.

30.

Phil 2, 15-16

R. Alleluia. **V**. Lucétis sicut luminária in mundo,  
verbum vitæ continéntes. R. Alleluia.

31.

Col 3, 16 a. 17 c

R. Alleluia. **V**. Verbum Christi hábitet in vobis  
abundánte;  
grátias ágite Deo et Patri per Christum.  
R. Alleluia.

32.

1 Th 2, 13

R. Alleluia. **V**. Accípote verbum Dei, non ut verbum hó-  
minum,  
sed, sicut est vere, verbum Dei. R. Alleluia.

33. 2 Th 2, 14

R. Allelúia. ¶ Deus vocávit nos per Evangélium,  
in acquisitióne glóriæ Dómini nostri Iesu  
Christi. R. Allelúia.

34. 2 Tim 1, 10 b

R. Allelúia. ¶ Salvátor noster Iesus Christus destrúxit  
mortem,  
et illuminávit vitam per Evangélium.  
R. Allelúia.

35. Hebr 4, 12

R. Allelúia. ¶ Vivus est sermo Dei et éfficax,  
et disréctor cogitatiónum et intentiónum  
cordis. R. Allelúia.

36. Iac 1, 18

R. Allelúia. ¶ Voluntárie génuit nos Pater verbo  
veritatis,  
ut simus inítiū aliquod creaturæ eius.  
R. Allelúia.

37. Iac 1, 21

R. Allelúia. ¶ In mansuetudine suscípite ínsitum  
verbum,  
quod potest salvare ánimás vestras.  
R. Allelúia.

38. 1 Petr 1, 25

R. Allelúia. ¶ Verbum Dómini manet in ætérnum;  
hoc est autem verbum quod evangelizátum  
est in vos. R. Allelúia.

39. 1 Io 2, 5

R. Allelúia. ¶ Qui servat verbum Christi,  
vere in hoc cáritas Dei perfécta est.  
R. Allelúia.